

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema LXXVII.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

Magna igitur consolatio pro morituris hinc peti debet. 1. Quod certi sumus nos tuba Dei excitandos; Die wird keiner überhören Joh. 5. v. 28. Niemand wird dahin den bleiben.

2. Nec anteuertent nos alii proximiiores [ut ita dicamus vel sentiamus] Christo, viui scilicet superstites; Dass wir hernach in Himmel nur mehr solten hinein können/ oder doch hinden siehs. Sicut in spectaculis magnatum , qui priores admittuntur, videntur sibi feliciores. Reiciendae tales imaginaciones ex animo.

3. In occursum Christi veniemas & videbimus cum sanctus est, 1. Joh. 3. v. 2. Facie ad faciem, 1. Cor. 13. v. 12.

4. Et quod maximum est, manebimus cum ipso in æternum, in delectatione, Psal. 16 in fine.

F I N I S.

T H E M A LXXVII.

1. Thessal. 5.

De temporibus & articulis temporum . frates, non est opus ut vobis scribam. Ipsi enim plane scitis, quod dies ille Domini ut sur in nocte, ita veniet. Quum enim dixerim. pax. & tu: a omnia, tunc repentinus eis imminet interitus Sicut dolor partus mulieris prægnanti, nec effugient, &c.

D I S P O S I T I O.

Dixerat Paulus in precedentibus venturum filium Dei cum voce Angelici & tuba Dei: atq; nos in illius occursum venturos in nubibus. Hæc dum audimus, statim solet caro nostra [ut plurimum in his rebus curiosa] quærrere, quando, siud fieri? Hoc absque dubio etiam ipse Paulus intellectus & ideo voluit hanc questionem praedidere. Thessalonienibus verbis iam prædictis , nevltra querant eum Apostolis Christi, Luc. 21. v. 7. quando: & Act. 1. v. 6 Jamne fieri id. Duo autem docet his verbis Paulus.

Pri-

THEMA LXXVI. EX NOVO TEST. 649

Primum diem & horam nouissimi diei, sive aduentus Christi nec scribi, nec inuestigari posse. Deinde vero hoc scribi debere quod ex improviso sit venturus. Idquez. similitudinibus explicat.

I. Pars.

Non opus est scribere vobis de temporibus & articulis temporum aduentus Domini, ait Paulus. Q. D. Scio e- quidem, vosiam curiosius cupere scrutari tempora, quā- do id sit futurum de quo scripsi vobis. At hæc scribi aut in- uestigari non possunt nec debent. Imo nec opus quidem est ut Icatis. Quia nemini vñquam hoc est reuelatum: id- eo Deus non iudicavit necesse esse, vt quisquam sciat, a- lias non occulaster.

L o c u s. Conveniunt hæc cum verbis Christi, Matt. 24. v. 3. Matc 13. v 32. & A&t. 1. v. 7.

Quia enim est dies Domini, sicut Paulus hoc ipso loco eum vocat, penes Dominum erit apparere quando pla- cuet.

I. Errant itaque, imo grauissime peccant, qui conan- tur id perscrutari quod pater reseruavit maiestati suæ, & ne sanctissimis quidem Angelis (qui quotidie faciem i- p̄pis vident Matth. 18. v. 10.) reuelare voluit.

Fulmine digna etiam nostrorum hominum quorundā impia curiositas: quando nonnulli ex astrorum positu, alii ex illis numeris, quos Propheta Daniel habet capite duodecimo, alii item ex obscuris illis vaticiniis & numeris Apocalypsis, atque ex Naomelia illa in, qua stolidi homi- nes nonnulli, & tertio seculares nostri (nouū & blasphemum genus hereticorum, qui Cerinthi & Chiliastrarum errores ex ore reuocant) mirisibiipsis placentes exactissime scrutari & ostendere volunt annum aduentus Domini, &c. Et mirum aehuc inueniri homines non indoctos, qui his absurditatibus aut delectantur aut fidem habent. cum experientia, ipsa vanitatem illarum prædictionum haec tenus refutarit.

S s 5

Hoc

Hoc nobis sufficiat, quod ex signis per Christum monstratis, & Apostolorum manifestis verbis scimus, nouissimam horam esse, instare aduentum Domini. Vide Matt. 24.v.33. & i. Joh. 2.v.18 Et i. Cor. 10.v.11. fines seculorum. Plura de hac materia, & quare Dominus occultare voluerit horam & tempus aduentus sui, vide supra in prima parte Promptuarii, in Dispositionibus Thematum classis VI. ex Matth. 24.25. Marc. 13. Luc. 25.2. Pet. 3. Apoc. 3. Pagina primæ partis Promptuarii 477. & sequentibus, & imprimis 464. & 458.

II. Pars.

Sicut autem tempus exacte nemo nouit, quando venturus Dominus: ita vicissim ex hoc exactissime nouistis omnes, quod subito & inopinato venturus sit dies Domini: dicit Paulus hoc loco. Et tum quidem quando minime putabant, sed dicent pax, tuta omnia. Es hanc nos. Id quod sic Christus explicat: edebant & bibebant, 24.v.18.

Erit ergo impiis & securis repentinus interitus.

Duabus similitudinibus rem illustrat.

1. De fure nocturno. Hoc videtur mutuatus ex sermone Christi, Matth. 24.v.43.

Eadem similitudo etiam habetur, 2.Pet. 3.v.10. Apoc. 3.v.3 & 16.v.15 vide de hac in 1. parte Promptuarii, pag. 457. 475. 481. & 484.

2. Altera similitudo est de muliere prægnante admodum elegans. Illa à tempore conceptus soleat numerare tempus partus. Et intelligit quidem instare tempus partus post aliquot menses: at nec diem nec horam, ne articulos temporum exacte scire potest. At subito irruunt in ipsam dolores partus.

Locvs. Quod Deus occultauit tempus aduentus & subito vult apparere, hoc sit, partim propter electos, ut abbrevientur dies, Matth. 24.v.22. partim propter securos, ne differant poenitentiam. Videmus quid sit cum ignoramus

mus

THE
dies tempus
se constitu
et interite
dat antequa
et loca p
Et fieri
recilli dolc
to panect
Et quod
particular
bet intellig
Quid erg
te. Viel ho
que legunt
z. 14.v.8.
& 1.Pett.

Non a
v/salutem
Christum
larmam

Initio h
temporū
immortale
tura omni
Confol
toris sit C
latius, qua
neborum
latius, his

X
THEMA LXXVIII. EX NOVO TEST. 651

mus tempus: quid putatis futurum, si certum tempus es-
set constitutum? Cauenda autem securitas: quia securis
erit interitus repentinus. Et sicut fur nocturnus damnum
dar antequam surgat partes familias: ita accidet illis, non
erit locus penitentiae.

Et sicut dolores partus mulier non potest effugere, ita
ne illi dolores inferni: qui conceperunt iniquitatem, id-
eo parient dolorem, Job. 15. v. 3. & Esa. 59. v. 4.

Et quod de nouissimo die vniuersali dicitur, idem de
particulari hominis nouissimo die, hoc est, de morte de-
bet intelligi. Sicut supra suo loco saepius diximus.

Quid ergo faciendum? Vigilate. Orate. Et parati esto-
te. Vide hoc ipso loco, 1. Thess. 5. v. 4. & sequentes. Et ea
qua leguntur, Matt. 25. v. 41. Matt. 25. v. 13. Marc. 13. v. 33,
& 14. v. 18. Luc. 12. v. 35. Luc. 21. v. 34. & 36. 1. Petr. 5. v. 8.
& 1. Petr. 3. v. 11. & 14. &c.

F I N I S.

THEMA LXXVIII.

1. Thess. 5. v. 9.

Non constituit nos Deus ut iram nobis concitemus sed
ut salutem consequamur per Dominum nostrum Iesum
Christum qui mors eius est pro nobis, ut siue vigilemus, siue
dormiamus simul cum ipso viuamus.

D I S P O S I T I O.

Initio huius capituli Paulus de Aduento Domini dixit,
veniunt igitur ipsum ceu furem in nocte. Ideoque impis tum
imminere repentinum interitum: cum dicturi sint pax &
tuta omnia.

Consolatur autem rursus Thessalonenses, quod ven-
turus sit Christus quidem subito: at non ut perdat filios
lucis, quales ipsi sunt, sed tantum ut sic intereant filii te-
nebrarum. Hanc consolationem amplificat siue diducit
latius, his verbis praelatis suauissimis, quibus Thessalon-
enses